



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCXVIII. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto, Konrad, Johann und
Woldemar, gründen die Stadt Arneskrone oder Deutsch-Krone im
Posenschen, 23. April 1303.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

sentibus affuerunt, dominus Hinricus de Lauchstede, dominus H. de Hunleue, Hode de Reueningen, Fr. Garfridus dictus Muk curie magister in Jodendorff et Jo. plebanus in Trandorf, Fratres domus Theutonicorum et alii quamplures fide digni. Datum Lacstede, Anno domini MCCCIII. feria secunda post dominicam, qua cantatur Oculi mei semper.

Nach Ludwig Reliqu. Mspt. V. 116. und Wilkii Ticemannus App. 169.

CCCXVIII. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto, Konrad, Johann und Woldemar, gründen die Stadt Arnescrone oder Deutsch-Krone im Posenischen, am 23. April 1303.

Nos Otto, Conradus, Johannes, Woldemarus¹⁾, Marchiones de Brandenburg et de Landesberch, Vniuersis presentem paginam uisuris eterne lucis uisione²⁾ perpetuo consolari. Non finit humana fragilitas, ut cunctorum, que agit homo, certam perhennemque possit habere memoriam. Ideo infirmitate sue homines uirtute rationis³⁾ et ingenio consulentes, in scripta redigunt, quidquid memoria dignum inter se ordinant et disponunt. Ob hanc causam etiam nos cartam presentem conscribi iussimus, que quedam a nobis ordinata liquido continet in se scripta, Quam sigillorum nostrorum appendiciis⁴⁾, fidelibusque testimoniis ideo roboramus, ut ratum et stabile habeatur, quidquid in ea cernitur exaratum. Igitur quoniam nobis et sapientioribus in populo nostro uile uidebatur, ut iuxta uolzen⁴⁾ ciuitas poneretur, dedimus operam illi rei, fundationemque illius ciuitatis cum prefectura porreximus militibus honestis et providis, nostris subditis, Ulrico de Sceninghe⁵⁾ et Rodolfo de Livendale⁶⁾, ciuitatemque ipsam uolumus appellari Arnescrone⁷⁾. Huic ciuitati damus octo mansos et ducentos mansos agrorum, forma tali et modo, sicut inferius est notatum. In sexaginta et quatuor mansis dicte ciuitatis incole uillam ponent, ita uidelicet, ut quatuor mansos ad usus sacerdotis doti libere tribuant, sexaginta uero mansos aliis illius uille incolis diuident excolendos. Hec uilla sub ciuili iure sedebit, soluetque redditus ciuitati. Et quidquid in hac uilla et intra istos⁸⁾ sexaginta et quatuor mansos ad uillam pertinentes utilitatis esse poterit, ad usum pertineat ciuitatis⁹⁾: et de redditibus huius uille et de utilitate, que in ipsa uel intra spacium campi eius esse poterit, nichil nobis perueniet (proueniet?), [sed] neque fundatoribus ciuitatis inde aliquid cedit. Ecclesiam huius uille non officiat plebanus dicte ciuitatis, sed habeat ipsa uilla sacerdotem per se, pastoremque proprium animarum. Huius ecclesie beneficium perpetuo porrigat quicumque prefectus fuerit ciuitatis. Ex istis¹⁰⁾, sexaginta quatuor mansis ad uillam ordinatis, remanent centum et quadraginta quatuor mansi, de quibus est taliter ordinandum. Quatuor mansos et centum habebit ciuitas pro mensura et

1) Racinski: — Woldemarus Marchiones de Brandenburg et de Landsberg. 2) Ledebur: uisionis, Racz.: uisione perpetuo consolati. 3) Racz.: rationibus. 4) Racz.: Walzen. 5) Racz.: Ulrico Themneko. 6) Racz.: Lebendal. 7) Racz.: Welcz siue Arnescrone. 8) Racz.: totos. 9) Racz.: Ciuitas mit einem Punkte versey. 10) Ledebur: Istis ohne Ex. *) Ledebur: appendenciis.

spacio campi sui, ex quibus quatuor pro dote ecclesie esse volumus sacerdotis, quadraginta autem mansi reliqui ad agros arearum, quod est vulgariter dictum Wordelant¹⁾, essent ordinandi. Sed ut omnipotentis dei laus et gloria eo²⁾ amplius cumuletur, ex eisdem agris sacerdoti civitatis iterum quatuor mansos damus, ut pro dono istorum ad missam matutinalem servandam perpetuo sit affectus, habeatque istos quatuor mansos sacerdos cum prioribus quatuor mansis perpetua libertate. Quidquid in supradictis agris omnibus, hoc est tam in agris pertinentibus ad mensuram campi civitatis, quam in agris arearum, utilitatis³⁾ ordinari poterit, terciam partem fundatoribus dabit, duas partes tribuet civitati. Hoc tamen excipimus, quod dicte civitatis fundatores intra civitatem vel extra in agris, quos dedimus civitati, ubicumque voluerint, duo loca molendinorum eligent, in quibus molendina construent, prout sibi putaverint expedire, de quibus civitati nichil proveniet⁴⁾, sed cum omni fructu tam jure hereditario quam feudali ipsa molendina possideant fundatores. Si aliqua alia molendina construi poterunt in civitate vel extra civitatem, inde terciam partem sument fundatores, civitas habeat partes duas. Damus etiam huic civitati ad pascua pecorum suorum locum castri, qui dicitur Doberiz⁵⁾ et ab ipso Doberiz per circuitum dimidium miliare, quidquid intra hoc spacium utilitatis esse poterit, unde pactus aut census proveniat, terciam partem fundatoribus solvet, duas partes tribuet civitati. Duo stagna, raddun et volzen⁶⁾, damus etiam civitati. Quidquid ex eis reddituum haberi poterit, inde civitas tollet duas partes, terciam partem percipiant fundatores. Insula quedam, que proprie dicitur vulgariter eyn Hals⁷⁾, protenditur⁸⁾ a loco castri, qui vocatur raddun, et intrat stagnum raddun: hanc cum ceteris insulis, existentibus in stagno raddun, damus etiam civitati: quidquid in hiis insulis utilitatis esse poterit, terciam partem dabit fundatoribus, duas partes tribuet civitati. Fundatoribus damus libertatem vendendi in bonis suis et in terminis civitatis. Quidquid in theatro, in macellis panum⁹⁾ calceorum¹⁰⁾, carniis, census aut precii¹¹⁾ esse poterit, et si qua alia¹²⁾ macella et case¹³⁾ facte fuerint, que redditus solvant civitati, de omnibus eis¹⁴⁾ fundatoribus tercia pars solvetur, due partes remanent civitati. Item fundatorum erit tercia pars de censu et precio locorum, que in annuali foro aduentantes occupant, et duas partes civitas retinebit. Sedecim annis habebit hec¹⁵⁾ civitas libertatem; quam diu hoc tempus libertatis duraverit, tollet civitas, ut tanto melius se emendet, duas partes de omni causa iudiciorum, fundatores terciam¹⁶⁾ partem sument. Defluxo tempore libertatis due iste partes cedent in usus nostros, sed fundatoribus pars sua tercia remanebit. Iterum transacto libertatis tempore tres solidos brandenburgenses solvent incole civitatis de quolibet manso ex hiis centum, qui ad campum pertinent civitatis: ex hoc censu due partes cedent nobis, tercia pars ad manus transeat fundatorum. Due partes reddituum de agris arearum manent civitati, terciam partem percipiant fundatores. Insula, que intrat stagnum volzen¹⁷⁾, que proprie dicitur vulgari vocabulo eyn Hals¹⁸⁾,

1) Racz.: Wordenlants. 2) Ledebur: ex. 3) Racz.: utilitatibus. 4) Ledebur: proveniet. 5) Racz.: debris. 6) Racz.: Radun et Wlzy. 7) Racz.: dicitur Enghals. 8) Racz.: protenditur fest. 9) Racz.: et macellis panni. 10) Ledebur: calciorum. 11) Racz.: pretium. 12) Racz.: alia qua. 13) Racz.: macella et camerae. 14) Racz.: ejus. 15) Racz.: hanc. 16) Racz.: etiam. 17) Racz.: Wolzen. 18) Racz.: Enghals.

fundatorum fit, et in ea nichil auctoritatis remanet ciuitati. In nigra merica fundatores¹⁾ eligent duo stagna, quecumque uoluerint, que itidem²⁾ damus eis³⁾. Porrigimus etiam dictis fundatoribus viginti, manfos et trecentos ubicumque circa predictam ciuitatem Arneskrone⁴⁾ eligere uoluerint, cum omni iure et utilitate agrorum, pratorum, fluentorum et⁵⁾ breuiter cum utilitate omnium⁶⁾, in quibus poterit esse fructus. Si qui de amicis fundatorum eos sequi uoluerint de terris⁷⁾ aliorum principum, unicuique eorum sexaginta quatuor manfos cum fundatorum consilio porrigemus. Si qui uero eos sequi uoluerint de terra principatus nostri, sexaginta quatuor manfos unicuique eorum similiter porrigemus, ita tamen, ut de antiquis bonis, que habent a nobis, consueta seruicia impendere⁸⁾ non obmittant. Sed ut fundatores minus terreat foundationis labor, Predicto militi Vlrico de Sceninghe⁹⁾ et filiis suis libere dimittimus et absque omni seruitio per sedecim¹⁰⁾ annos, quidquid habent in Conradesdorp¹¹⁾, subditos suos in eadem villa morantes etiam ab omni seruitio et precaria¹²⁾, per eorundem annorum spacia liberos esse volumus et quietos. Militi predicto etiam Rodolfo de Liendale¹³⁾ et fratribus suis villam Hegenberch¹⁴⁾ similiter per sedecim annos liberam dimittimus et absque omni seruitio, subditos suos etiam per id¹⁵⁾ tempus ab omni seruitio et precaria¹⁶⁾ liberamus. Predicti uero milites durante libertatis tempore, si qua precaria¹⁶⁾ ab incolis terre a nobis requisita fuerit et extorta, de bonis ipsorum nobis inconsultis, si decreuerint, percipient libere et quiete. Eos qui fundatores dictos sequuti fuerint per sedecim¹⁷⁾ annos a seruitio liberos esse volumus sicut fundatores, excepto quod qui eos de terra principatus nostri sequentur, de antiquis bonis, ut paulo ante diximus, seruicia sua soluant. Sciendum, quod hec, que fundatoribus istis ratione dicte foundationis porrigimus, tali concedimus forma, scilicet ut predictus miles Vlricus de Sceninghe cum pueris suis et miles Rodolfus etiam predictus cum fratribus suis, omnes ista¹⁸⁾ vna manu, vna possessione vniuersa, possideant atque seruent. Si quisquam hominum bona noualia supradicta impugnaverit, in eis iuris aliquid asserens se habere, illius impugnationis nos esse volumus sedatores. Si fundatores dicti vendere decreuerint ea, que sui iuris esse in ciuitate uel in campo ciuitatis presens pagina narrat, ipsa emptoribus absque seruitio porrigemus. Testantur ista milites Zulis¹⁹⁾ de Wedele, Ludeke²⁰⁾ de Wedele, Haffo de Wedele²¹⁾ Aduocatus noster, Wedege filius Haffonis, Haffo de Hersleue²²⁾, Kenftel. Item ista testantur Johannes filius Kenftel²³⁾, Janeke Guntersberch²⁴⁾ et plures alii fide digni. Datum Lyuenwalde²⁵⁾ et actum anno Domini M. CCC. III, feria tertia post Misericordias Domini.

Nach Abdrücken in L. von Ledebur Allg. Arch. I, 363—365 und in Raczyński Cod. dipl. maj. Poloniae. — Ausnahmeweise ist dem Abdruck dieser Urkunde die Angabe sämtlicher Abweichungen der beiden Abdrücke mitgegeben, damit gelegentlich an einem Beispiele ersehen werde, wie schlecht und fehlerhaft die in dem neuerdings erscheinenden Werke des Grafen Raczyński gelieferten Urkunden-Abdrücke sind. Z. vgl. Blätter f. wiss. Kritik. 1843.

- 1) Rac.: fundationis. 2) Rac.: istis. 3) Rac.: et porrigimus etiam. 4) Rac.: Arneskrun.
5) et fehlt bei Rac. 6) Rac.: omni. 7) De bonis bei Rac. mit einem Punkte vorher. 8) impendere fehlt bei Rac. 9) Themneke bei Rac. 10) Rac.: sedecem. 11) Rac.: Konradesdorff. 12) Rac.: pecunia.
13) Rac.: Rebendal. 14) Rac.: Harenburg. 15) Ledebur: per eidem tempus. 16) Rac.: pecunia. 17) Rac.: sedecem. 18) Rac.: isti. 19) Rac.: Sutis. 20) Rac.: Lathke. 21) fehlt bei Ledebur. 22) Rac.: Hergel. 23) Rac.: Kronftel. 24) Rac.: Jancke Schinterberk. 25) Rac.: Lelenkelde.